2. Así como la justicia se pone como virtud cardinal, asimismo la templanza y la fortaleza. Pero ninguna de éstas constituye virtud general. Luego tampoco la justicia puede tener este carácter.

3. La justicia se refiere siempre a otro, como se ha dicho arriba. Mas el pecado contra el prójimo no es un pecado general, sino que se contrae al pecado que comete el hombre contra sí mismo. Luego tampoco la justicia es virtud general.

Por otra parte, dice Aristóteles que "la justicia es toda virtud".

Respuesta. La justicia, según lo ya expuesto, ordena al hombre con relación a otro, lo cual puede tener lugar de dos modos: primero, a otro considerado individualmente, y segundo, a otro en común, esto es, en cuanto que el que sirve a una comunidad sirve a todos los hombres que en ella se contienen. A ambos modos puede referirse la justicia, según su propia naturaleza. Es, empero, evidente que todos los que componen alguna comunidad se relacionan a la misma como las partes al todo; y como la parte, en cuanto tal, es del todo, síguese que cualquier

¹⁷ In *Phil.* 3 lect.2; *Ethic.* 5 lect.2.3.

¹⁸ *C.* 2.19 (BK 1130a9); *S.Th.*, lect.2.

ARTICULO 8

Utrum iustitia particularis habeat materiam specialem

Si la justicia particular tiene materia especial

Dificultades. Parece que la justicia particular no tiene materia especial.

1. Sobre aquel texto del Génesis: "El cuarto rio es el Eufrates", dice la Glosa ordinaria: "Eufrates se interpreta por fructífero; y no se dice hacia qué partes va, porque la justicia pertenece a todas las partes del alma". Mas ello no sería así si tuviese materia especial, porque toda materia especial pertenece a alguna potencia especial. Luego la justicia particular no tiene materia especial.

2. Dice San Agustín que "las virtudes del alma, por las que se vive espiritualmente en esta vida, son cuatro, a saber: prudencia, templanza, fortaleza y justicia"; y dice que la cuarta es la justicia, "que se difunde entre todas". Luego la justicia particular, que es una de las cuatro virtudes cardinales, no tiene materia especial.

3. La justicia dirige al hombre debidamente en las relaciones a otro. Pero el hombre puede ordenarse a otro en todas las cosas que pertenecen a esta vida. Luego la materia de la justicia es general y no especial.

Por otra parte, Aristóteles establece la justicia particular respecto de lo que pertenece al comercio de la vida humana.

Respuesta. Cuantas cosas pueden ser rectificadas por la razón son materia de la virtud moral, que se define por la recta razón, como expone Aristóteles. Pueden, pues, ser rec-

Ad octavum sic proceditur. Videtur quod iustitia particularis non habeat materiam specialem.

1. Quia super illud Gen. 2,14. "Fluvius quartus ipse est "Eufrates", dicit Glossa: "Eufrates frugiter interpretatur. Nec dicitur contra quod vadat, quia iustitia ad omnes animae partes pertinet". Hoc autem non esset si haberet materiam specialem: quia quaelibet materia specialis ad aliquam specialem potentiam pertinet. Ergo iustitia particularis non habet materiam specialem.

2. Praeterea, Augustinus, in libro "Octoginta trium quaest.", dicit quod "quatuor sunt animae virtutes, quibus in hac vita spiritualiter vivitur, scilicet prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia": et dicit quod quarta est iustitia, "quae per omnes diffunditur". Ergo iustitia particularis, quae est una de quatuor virtutibus cardinalibus, non habet specialem materiam.

3. Praeterea, iustitia dirigit hominem sufficienter in his quae sunt ad alterum. Sed per omnia quae sunt huius vitae homo potest ordinari ad alterum. Ergo materia iustitiae est generalis, non specialis.

Sed contra est quod Philosophus, in V "Ethic.", ponit iustitiam particularem circa ea specialiter quae pertinent ad communicationem vitae.

Respondeo dicendum quod omnia quaecumque rectificari possunt per rationem sunt materia virtutis moralis, quae definitur per rationem rectam, ut patet

per Philosophum, in II "Ethic." Possunt autem per rationem rectificari et interiores animae passiones, et exteriores actiones, et res exteriores quae in usum hominis veniunt: sed tamen per exteriores actiones et per exteriores res, quibus sibi invicem homines communicare possunt, attenditur ordinatio unius hominis ad alium; secundum autem interiores passiones consideratur rectificatio hominis in seipso. Et ideo, cum iustitia ordinetur ad alterum, non est circa totam materiam virtutis moralis, sed solum circa exteriores actiones et res secundum quandam rationem objecti specialem, prout scilicet secundum eas unus homo alteri coordinatur.

Ad primum ergo dicendum quod iustitia pertinet quidem essentialiter ad unam partem animae; in qua est sicut in subiecto, scilicet ad voluntatem, quae quidem movet per suum imperium omnes alias animae partes. Et sic iustitia non directe, sed quasi per quandam redundantiam ad omnes animae partes pertinet.

Ad secundum dicendum quod, sicut supra (1-2 q.61 a.3.4) dictum est, virtutes cardinales dupliciter accipiuntur. Uno modo secundum quod sunt speciales virtutes habentes determinatas materias. Alio modo, secundum quod significant quosdam generales modos virtutis. Et hoc modo loquitur ibi Augustinus. Dicit enim quod prudentia est "cognitio rerum appetendarum et fugiendarum"; temperantia est "refrenatio cupiditatis ab his quae temporaliter delectant"; fortitudo est "firmitas animi adversus ea quae temporaliter molesta sunt"; iustitia est, "quae per ceteras diffunditur, dilectio Dei et proximi", quae scilicet est communis radix totius ordinis ad alterum.

Ad tertium dicendum quod passiones interiores, quae sunt pars materiae moralis, secundum se non ordinantur ad alterum, quod pertinet ad specialem rationem iustitiae: sed earum effectus sunt

rectificadas por la razón tanto las pasiones interiores del alma como las acciones y las cosas exteriores que están al servicio del hombre. Pero en las acciones y cosas exteriores, por las que los hombres pueden comunicarse entre sí, se considera el orden de un hombre a otro; en cambio, en las pasiones interiores se considera la rectificación del hombre en sí mismo. Y, por lo tanto, como la justicia se ordena a otro, no tiene por objeto toda la materia de la virtud moral, sino solamente las acciones y cosas exteriores, conforme a cierta razón especial del objeto, esto es, en cuanto que por ellas un hombre se coordina con otro.

Soluciones. 1. La justicia pertenece esencialmente a una facultad del alma en la que radica como en sujeto, esto es, a la voluntad, que mueve por su imperio todas las otras potencias del alma. Y así la justicia, no directamente, sino por cierta redundancia, pertenece a todas las otras potencias del alma.

2. Como se ha dicho arriba, las virtudes cardinales se consideran de dos modos: por un lado, como virtudes especiales que tienen determinadas materias; por otro, en cuanto significan ciertos modos generales de la virtud; y en este sentido habla allí San Agustín. Dice, en efecto, que la prudencia es "un conocimiento de las cosas que deben desearse o huirse"; la templanza, "una represión del deseo de las cosas que deleitan temporalmente"; la fortaleza, "una firmeza de ánimo contra las cosas que temporalmente nos afligen"; y la justicia, "que se difunde por las demás, un amor de Dios y del prójimo", que es la raíz común de toda ordenación a otro".

3. Las pasiones interiores, que son una parte de la materia moral, no implican de suyo relación a otro, lo cual pertenece a la razón especial de justicia; sólo los efectos de aque-

* 1-2 q.60 a.2; Sent. 3 d.33 q.2 a.2 q.3; a.4 q.1; Ethic. 5 lect.3.

²⁵ Ordin.; AUGUST., De Gen. contra Manich. l.2 c.10; ML 34,204.

²⁶ Q.61: ML 40,51.

²⁷ C.2 n.12 (BK 1130b31): S.Th., lect.4.

²⁸ C.6 n.15 (BK 1107a1): S.Th., lect.7.

llas, o sea las operaciones exteriores, son ordenables a otro. Luego no se deduce que la materia de la justicia sea general.

ad alterum ordinabiles, scilicet operationes exteriores. Unde non sequitur quod materia iustitiae sit generalis.

ARTICULO 9

*Utrum iustitia sit circa passiones **

Si la justicia tiene por objeto las pasiones

Dificultades. Parece que la justicia tiene por objeto las pasiones.

1. Dice Aristóteles que "la virtud moral versa sobre los placeres y las tristezas; mas el placer, esto es, la delectación, y la tristeza son pasiones, según se ha demostrado al tratar de las pasiones. Luego la justicia, en cuanto es virtud moral, tendrá por objeto las pasiones.

2. Por la justicia son rectificadas las operaciones que se refieren a otro. Pero estas operaciones no pueden rectificarse si no están rectificadas las pasiones, porque de la desordenación de éstas proviene el desorden en dichas operaciones; así, por la concupiscencia de los placeres carnales se cae en adulterio, y por el excesivo amor al dinero se pasa al hurto. Luego es preciso que la justicia se ocupe de las pasiones.

3. Como la justicia particular se refiere a otro, también la justicia legal. Pero la justicia legal tiene por objeto las pasiones, pues de otra manera no se extendería a todas las virtudes, de las cuales algunas tienen manifestamente por objeto las pasiones. Luego la justicia se refiere a las pasiones.

Por otra parte, dice Aristóteles que la justicia tiene por objeto las operaciones.

Respuesta. La verdad de esta cuestión se demuestra de dos maneras:

Ad nonum sic proceditur. Videtur quod iustitia sit circa passiones.

1. Dicit enim Philosophus, in II "Ethic." ²⁹, quod "circa voluptates et tristitias est moralis virtus". Voluptas autem, idest delectatio, et tristitia sunt passiones quaedam; ut supra ³⁰ habitum est, cum de passionibus ageretur. Ergo iustitia, cum sit virtus moralis, erit circa passiones.

2. Praeterea, per iustitiam rectificantur operationes quae sunt ad alterum. Sed operationes huiusmodi rectificari non possunt nisi passiones sint rectificatae: quia ex inordinatione passionum provenit inordinatio in praedictis operationibus; propter concupiscentiam enim venereorum proceditur ad adulterium, et propter superfluum amorem pecuniae proceditur ad furtum. Ergo oportet quod iustitia sit circa passiones.

3. Praeterea, sicut iustitia particularis est ad alterum, ita etiam et iustitia legalis. Sed iustitia legalis est circa passiones; alioquin non se extenderet ad omnes virtutes, quarum quaedam manifeste sunt circa passiones. Ergo iustitia est circa passiones.

Sed contra est quod Philosophus dicit, in V "Ethic." ³¹, quod est circa operationes.

Respondeo dicendum quod huius quaestionis veritas ex duobus ap-

paret, Primo quidem, ex ipso subiecto iustitiae, quod est voluntas, cuius motus vel actus non sunt passiones, ut supra habitum est (1-2 q.22 a.3; q.59 a.4); sed solum motus appetitus sensitivi passiones dicuntur. Et ideo iustitia non est circa passiones, sicut temperantia et fortitudo, quae sunt irascibilis et concupiscibilis, sunt circa passiones.—Allo modo, ex parte materiae. Quia iustitia est circa ea quae sunt ad alterum. Non autem per passiones interiores immediate ad alterum ordinamur. Et ideo iustitia circa passiones non est.

Ad primum ergo dicendum quod non quaelibet virtus moralis est circa voluptates et tristitias sicut circa materiam: nam fortitudo est circa timores et audacias. Sed omnis virtus moralis ordinatur ad delectationem et tristitiam sicut ad quosdam fines consequentes: quia, ut Philosophus dicit, in VII "Ethic." ³², "delectatio et tristitia est finis principalis, ad quem respicientes unumquodque hoc quidem malum, hoc quidem bonum dicimus". Et hoc modo etiam pertinent ad iustitiam: quia "non est iustus qui non gaudet iustis operationibus, ut dicitur in I "Ethic." ³³

Ad secundum dicendum quod operationes exteriores mediae sunt quodammodo inter res exteriores, quae sunt earum materia, et inter passiones interiores, quae sunt earum principia. Contingit autem quandoque esse defectum in uno eorum sine hoc quod sit defectus in alio; sicut si aliquis surripiat rem alterius non cupiditate habendi, sed voluntate nocendi; vel e converso si aliquis alterius rem concupiscat, quam tamen surripere non velit. Rectificatio ergo operationum secundum quod ad exteriora terminantur, pertinet ad iustitiam: sed rectificatio earum secundum quod a passionibus oriuntur, pertinet ad alias virtutes mo-

primeramente, por el sujeto mismo de la justicia, que es la voluntad, cuyo movimiento o cuyos actos no son las pasiones, como se ha demostrado, pues sólo se llaman pasiones los movimientos del apetito sensitivo. Por esto las pasiones no son objeto de la justicia, y sí de la templanza y de la fortaleza, que radican en lo irascible y concupiscible.—En segundo lugar, por parte de la materia, porque la justicia tiene por objeto las cosas que se refieren a otro; ahora bien, no nos ordenamos a otro inmediatamente por las pasiones interiores. Así, pues, la justicia no tiene por objeto las pasiones.

Soluciones. 1. No toda virtud tiene los placeres y tristezas por materia, porque la fortaleza recae sobre los temores y audacias. Mas toda virtud moral se ordena a la delectación y a la tristeza, como a ciertos fines consiguientes, puesto que, según dice Aristóteles, "la delectación y la tristeza son el fin principal que tenemos en cuenta cuando decimos que una cosa es mala o buena". En este sentido pertenecen también a la justicia, porque "no es justo el que no se regocija de las operaciones justas".

3. Las operaciones exteriores ocupan en cierto modo el punto medio entre las cosas exteriores, que son su materia, y las pasiones interiores, que son sus principios. Mas sucede a veces que hay defecto en uno de estos extremos, sin fallar respecto del otro, como si uno quita a otro una cosa, no por deseo de poseerla, sino por voluntad de dañarle; o viceversa, si alguno desea lo que a otro pertenece y, sin embargo, no quiere quitárselo. La rectificación, pues, de estas operaciones, en cuanto terminan en las cosas exteriores, pertenece a la justicia; pero la rectificación de las mismas, en cuanto proceden de las pasiones, pertenece a las otras virtudes

* Sent. 3 d.33 q.3 a.4 q.* 1; 4 d.15 q.1 q.*2 ad 2; Ethic. 5 lect.3.

²⁹ C.3 n.1 (BK 1104b8): S.TH., lect.3.

³⁰ 1-2 q.23 a.4; q.31 a.1; q.35 a.1.

³¹ C.1 n.1 (BK 1120a3): S.TH., lect.3.

³² C.11 n.1 (BK 1152a2): S.TH., lect.11.

³³ C.8 n.12 (BK 1099a8): S.TH., lect.13.

morales cuyo objeto son las pasiones. Luego la justicia impide apoderarse de la cosa ajena, en cuanto es contra la igualdad que debe establecerse en las cosas exteriores; la liberalidad, empero, lo prohíbe, en cuanto procede del deseo inmoderado de las riquezas. Y puesto que las operaciones exteriores no toman su especie de las pasiones interiores, sino más bien de las cosas exteriores, como de sus objetos, síguese, propiamente hablando, que las operaciones exteriores son materia de la justicia más bien que de las otras virtudes morales.

3. El bien común es el fin de las personas singulares que viven en comunidad, como el bien del todo es el fin de cada una de las partes. Mas el bien de una sola persona singular no es el fin de otra, y por esto la justicia legal, que se ordena al bien común, puede extenderse a las pasiones interiores, por la cuales el hombre se rige de algún modo en sí mismo, más que la justicia particular, que se ordena al bien de otra persona particular; aunque la justicia legal se extienda principalmente a las otras virtudes respecto de las operaciones exteriores de éstas, esto es, en cuanto la ley preceptúa "hacer obras de fortaleza, de templanza y de mansedumbre", como Aristóteles enseña.

ARTICULO 10

Utrum medium iustitiae sit medium rei^a

Si el medio de la justicia es un medio real

Dificultades. Parece que el medio de la justicia no es medio real.

1. La razón del género se encuentra en todas las especies. Pero la virtud moral se define como "un hábito electivo, que consiste en un me-

^a 1-2 q.64 a.2; *Sent.* 3 d.33 q.1 a.3 q.2; *De virtut.* q.1 a.13 ad 7,12; *Quodl.* 6 q.5 a.4.

^b C.1 n.14 (BK 1229b19): S.TH., lect.2.

rales, quae sunt circa passiones. Unde surreptionem alienae rei iustitia impedit in quantum est contra aequalitatem in exterioribus constituendam; liberalitas vero in quantum procedit ab immoderata concupiscentia divitiarum. Sed quia operationes exteriores non habent speciem ab interioribus passionibus, sed magis a rebus exterioribus, sicut ex objectis; ideo, per se loquendo, operationes exteriores magis sunt materia iustitiae quam aliarum virtutum moralium.

Ad tertium dicendum quod bonum commune est finis singularum personarum in communitate existentium, sicut bonum totius finis est cuiuslibet partium. Bonum autem unius personae singularis non est finis alterius. Et ideo iustitia legalis, quae ordinatur ad bonum commune, magis se potest extendere ad interiores passiones, quibus homo aliquo modo disponitur in seipso, quam iustitia particularis, quae ordinatur ad bonum alterius singularis personae. Quamvis iustitia legalis principaliter se extendat ad alias virtutes quantum ad exteriores operationes earum: in quantum scilicet "praecipit lex fortis opera facere, et quae temperati, et quae mansueti", ut dicitur in V "Ethic."³⁴

Ad decimum sic proceditur. Videtur quod medium iustitiae non sit medium rei.

1. Ratio enim generis salvatur in omnibus speciebus. Sed virtus moralis in II "Ethic." (l.c. nt.28) definitur esse "habitus elec-

tivus in medietate existens determinata ratione quoad nos". Ergo et in iustitia est medium rationis, et non rei.

2. Praeterea, in his quae "simpliciter sunt bona" non est accipere superfluum et diminutum, et per consequens nec medium; sicut patet de virtutibus, ut dicitur in II "Ethic."³⁵ Sed iustitia est circa "simpliciter bona" ut dicitur in V "Ethic."³⁶ Ergo in iustitia non est medium rei.

3. Praeterea, in aliis virtutibus ideo dicitur esse medium rationis et non rei, quia diversimode accipitur per comparisonem ad diversas personas: quia quod uni est multum, alteri est parum, ut dicitur in II "Ethic."³⁷ Sed hoc etiam observatur in iustitia: non enim eadem poena punitur qui percutit principem, et qui percutit privatam personam. Ergo etiam iustitia non habet medium rei, sed medium rationis.

Sed contra est quod Philosophus, in V "Ethic."³⁸, assignat medium iustitiae secundum proportionalitatem "arithmetica", quod est medium rei.

Respondeo dicendum quod, sicut supra³⁹ dictum est, aliae virtutes morales consistunt principaliter circa passiones, quarum rectificatio non attenditur nisi secundum comparisonem ad ipsum hominem cuius sunt passiones, secundum scilicet quod irascitur et concupiscit prout debet secundum diversas circumstantias. Et ideo medium talium virtutum non accipitur secundum proportionem unius rei ad alteram, sed solum secundum comparisonem ad ipsum virtuosum. Et propter hoc in ipsis est medium solum secundum rationem quoad nos. Sed materia iustitiae est exterior operatio secundum quod ipsa, vel res cuius est usus, debitam proportionem habet ad aliam perso-

na determinado por la razón respecto a nosotros". Luego también en la justicia hay un medio racional y no real.

2. En las cosas "buenas en absoluto" no cabe hablar de superfluo o de deficiente, ni, por consiguiente, de un medio, como ocurre en las virtudes, según Aristóteles. Pero la justicia tiene por objeto las "cosas buenas en absoluto". Luego en la justicia no hay un medio real.

3. En las otras virtudes se dice que hay un medio de razón y no objetivo, por ser variable respecto de las distintas personas, puesto que lo que es mucho para uno, es poco para otro, según expresa Aristóteles. Ahora bien, esto se observa también en la justicia, porque no se castiga con igual pena al que hiere al príncipe que al que hiere a una persona particular. Luego tampoco en la justicia hay medio real, sino racional.

Por otra parte, Aristóteles señala el medio de la justicia según la proporcionalidad "aritmética", que es medio real.

Respuesta. Según lo expuesto arriba, las otras virtudes morales tienen por objeto principalmente las pasiones, cuya rectificación no se considera sino en relación al hombre mismo, de quien son las pasiones, en cuanto se irrita o desea como debe, según las diversas circunstancias. Y, por lo tanto, el medio de tales virtudes no se determina por la proporción de una cosa a otra, sino sólo en relación con el mismo sujeto virtuoso. Por ende, en estas virtudes el medio es únicamente racional y con respecto a nosotros. Pero la materia de la justicia es la operación exterior, en tanto que esta misma, o la cosa de que se hace uso, tiene respecto de otra persona la debida proporción. Y, en

³⁴ C.6 n.20 (BK 1107a22): S.TH., lect.7.

³⁵ C.1 n.9 (BK 1129b5): S.TH., lect.1.

³⁶ C.6 n.7 (BK 1106a36): S.TH., lect.6.

³⁷ C.4 n.3 (BK 1132a1): S.TH., lect.6.

³⁸ A.2 ad 4; a.8; 1-2 q.60 a.2.

consecuencia, el medio de la justicia consiste en cierta igualdad de la proporción de la cosa exterior a la persona exterior. Ahora bien, lo igual es realmente el medio entre lo mayor y lo menor, como Aristóteles enseña. Luego en la justicia hay un medio real.

Soluciones. 1. Este medio objetivo es también medio racional, y, por tanto, en la justicia se cumple la razón de virtud moral.

2. Lo bueno en absoluto puede entenderse de dos maneras. Una, lo que es omnimodamente bueno, como lo son las virtudes; y en las cosas así buenas no cabe fijar medio y extremos.—En otro sentido, dicese algo bueno pura y simplemente porque es tal considerado según su naturaleza, aunque por abuso pueda hacerse malo, como ocurre en las riquezas y honores. Y en tales cosas puede considerarse lo superfluo o excesivo, lo deficiente y lo medio, respecto de los hombres que pueden usar de ellas bien o mal. Y así, la justicia se da acerca de las cosas pura y simplemente buenas.

3. No es igual la proporción de la injuria hecha al príncipe que la de la inferida a la persona privada; y por esto es preciso igualar de distinta manera una y otra injuria por medio de la pena, lo cual entraña diversidad objetiva y no solamente diversidad racional.

ARTICULO 11

Utrum actus iustitiae sit reddere unicuique quod suum est

Si el acto de la justicia es dar a cada uno lo suyo

Dificultades. Parece que el acto de la justicia no es dar a cada uno lo suyo.

1. San Agustín atribuye a la justicia el "socorrer a los desgraciados".

⁴⁰ L.9 c.5 n.6 (BK 1050a22): S.Th., I.10 lect.7; cf. *Ethic.* 5 c.4 n.9 (BK 1132a29): S.Th., lect.7

⁴¹ C.9: ML 42,1046.

nam. Et ideo medium iustitiae consistit in quadam proportionis aequalitate rei exterioris ad personam exteriorem. Aequale autem est realiter medium inter maius et minus, ut dicitur in X "Metaphys." ⁴⁰ Unde iustitia habet medium rei.

Ad primum ergo dicendum quod hoc medium rei est etiam medium rationis. Et ideo in iustitia salvatur ratio virtutis moralis:

Ad secundum dicendum quod bonum simpliciter dupliciter dicitur. Uno modo, quod est omnibus modis bonum: sicut virtutes sunt bonae. Et sic in his quae sunt bona simpliciter non est accipere medium et extrema.—Alio modo dicitur aliquid simpliciter bonum quia est absolute bonum, scilicet secundum suam naturam consideratum, quamvis per abusum possit fieri malum: sicut patet de divitiis et honoribus. Et in talibus potest accipi superfluum, diminutum et medium quantum ad homines, qui possunt eis uti vel bene vel male. Et sic circa simpliciter bona dicitur esse iustitia.

Ad tertium dicendum quod iniuria illata alicui proportionem habet ad principem, et alicui ad personam privatam. Et ideo oportet aliter adaequare utramque iniuriam per vindictam. Quod pertinet ad diversitatem rei, et non solum ad diversitatem rationis.

Ad undecimum sic proceditur. Videtur quod actus iustitiae non sit reddere unicuique quod suum est.

1. Augustinus enim, XIV "De Trin." ⁴¹, attribuit iustitiae "sub-

venire miseris". Sed in subveniendo miseris non tribuimus eis quae sunt eorum, sed magis quae sunt nostra. Ergo iustitiae actus non est tribuere unicuique quod suum est.

2. Praeterea, Tullius, in I "De offic." (c.7), dicit quod "beneficentia, quam benignitatem vel liberalitatem appellari licet", ad iustitiam pertinet. Sed liberalitatis est de proprio dare alicui, non de eo quod est eius. Ergo iustitiae actus non est reddere unicuique quod suum est.

3. Praeterea, ad iustitiam pertinet non solum res dispensare debito modo, sed etiam iniuriosas acciones cohibere: puta homicidia, adulteria et alia huiusmodi. Sed reddere quod suum est videtur solum ad dispensationem rerum pertinere. Ergo non sufficienter per hoc notificatur actus iustitiae quod dicitur actus eius esse reddere unicuique quod suum est.

Sed contra est quod Ambrosius dicit, in I "De offic." ⁴²: "Iustitia est quae unicuique quod suum est tribuit, alienum non vindicat, utilitatem propriam negligit ut communem aequitatem custodiat".

Respondeo dicendum quod, sicut dictum est (a.8.10), materia iustitiae est operatio exterior secundum quod ipsa, vel res quae per eam utimur, proportionatur alteri personae, ad quam per iustitiam ordinamur. Hoc autem dicitur esse suum unicuique personae quod ei secundum proportionis aequalitatem debetur. Et ideo proprius actus iustitiae nihil est aliud quam reddere unicuique quod suum est.

Ad primum ergo dicendum quod iustitiae, cum sit virtus cardinalis, quaedam aliae virtutes secundariae adiunguntur, sicut misericordia, liberalitas et aliae huiusmodi virtutes, ut infra patebit (q.80). Et ideo subvenire miseris, quod pertinet ad miseri-

⁴² C.24: ML 16,62

Pero, amparando a los desgraciados, no les damos las cosas que son suyas, sino más bien las que son nuestras. Luego el acto de la justicia no consiste en dar a cada uno lo suyo.

2. Cicerón dice que "la beneficencia, a la que es permitido llamar benignidad o liberalidad", pertenece a la justicia. Pero compete a la liberalidad dar a cada uno de lo propio, no de lo que es suyo. Luego el acto de la justicia no estriba en dar a cada uno lo suyo.

3. Pertenece a la justicia no solamente distribuir las cosas de un modo debido, sino también reprimir las acciones injuriosas, como los homicidios, adulterios y otras acciones semejantes. Ahora bien, el dar a otros lo suyo pertenece únicamente a la distribución de las cosas. Luego no se caracteriza suficientemente el acto de la justicia cuando se dice que su acto propio es dar a cada uno lo suyo.

Por otra parte, dice San Ambrosio que "la justicia es la virtud que da a cada uno lo suyo, no reivindica lo ajeno y descuida la propia utilidad para salvaguardar la común equidad".

Respuesta. Según lo ya expuesto, la materia de la justicia es la operación exterior, en cuanto que esta misma, o la cosa que por ella usamos, es proporcionada a otra persona, a la que somos ordenados por la justicia. Ahora bien, llámase suyo—de cada persona—lo que se le debe según igualdad de proporción, y, por consiguiente, el acto propio de la justicia no es otra cosa que dar a cada uno lo suyo.

Soluciones. 1. A la justicia, como virtud cardinal que es, se unen ciertas otras virtudes secundarias, como la misericordia, la liberalidad y otras semejantes, según después se demostrará. Y, por lo tanto, socorrer a los desgraciados, lo cual pertenece a la

misericordia o a la piedad, y hacer beneficios liberalmente, lo que pertenece a la liberalidad, se atribuyen, por cierta reducción, a la justicia como a virtud principal.

2. Con lo dicho queda contestado el segundo argumento.

3. Como manifiesta Aristóteles, todo lo superfluo en las cosas que pertenecen a la justicia por extensión se llama "lucro", como todo lo que es menos se llama "daño". Y esto es así porque la justicia ha sido ejercitada primeramente, y se ejerce más comúnmente en las transacciones voluntarias de las cosas, como en la compraventa, en las que propiamente se usan esos nombres; de ahí se han derivado estos mismos nombres hasta aplicarlos a todas las cosas que pueden ser objeto de la justicia. Y esa misma razón explica la frase "dar a cada uno lo suyo".

ARTICULO 12

*Utrum iustitia praeemineat inter omnes virtutes morales*⁴

Si la justicia descuella entre todas las virtudes morales

Dificultades. Parece que la justicia no es la más preeminente entre todas las virtudes morales.

1. A la justicia compete dar a otro lo que es suyo, y a la liberalidad el dar de lo propio, lo que resulta más virtuoso. Luego la liberalidad es mayor virtud que la justicia.

2. Nada es adornado sino por algo más excelente. Ahora bien, la "magnanimidad es el ornamento", tanto de la justicia como de "todas las virtudes", según escribe Aristóteles. Luego la magnanimidad es más noble que la justicia.

cordiam sive pietatem, et liberaliter benefacere, quod pertinet ad liberalitatem, per quamdam reductionem attribuitur iustitiae, sicut principali virtuti.

Et per hoc patet responsio ad secundum.

Ad tertium dicendum quod, sicut Philosophus dicit, in V "Ethic."⁴³, omne superfluum in his quae ad iustitiam pertinent, "lucrum", extenso nomine, vocatur: sicut et omne quod minus est vocatur "dammum". Et hoc ideo, quia iustitia prius est exercita, et communius exercetur in voluntariis commutationibus rerum, puta emptione et venditione, in quibus proprie haec nomina dicuntur; et exinde derivantur haec nomina ad omnia circa quae potest esse iustitia. Et eadem ratio est de hoc quod est reddere unicuique quod suum est.

Ad duodecimum sic proceditur. Videtur quod iustitia non praeemineat inter omnes virtutes morales.

1. Ad iustitiam enim pertinet reddere alteri quod suum est. Ad liberalitatem autem pertinet de proprio dare, quod virtuosius est. Ergo liberalitas est maior virtus quam iustitia.

2. Praeterea, nihil ornatur nisi per aliquid dignius se. Sed "magnanimitas est ornamentum" et iustitiae et "omnium virtutum", ut dicitur in IV "Ethic."⁴⁴ Ergo magnanimitas est nobilior quam iustitia.

3. Praeterea, virtus est circa "difficile" et "bonum", ut dicitur in II "Ethic."⁴⁵ Sed fortitudo est circa magis difficilia quam iustitia, idest circa "pericula mortis", ut dicitur in III "Ethic."⁴⁶ Ergo fortitudo est nobilior iustitia.

Sed contra est quod Tullius dicit, in I "De offic." (c.7): "In iustitia virtutis splendor est maximus, ex qua boni vitam nominantur".

Respondeo dicendum quod si loquamur de iustitia legali, manifestum est quod ipsa est praeclearior inter omnes virtutes morales: inquantum bonum commune praeeminet bono singulari unius personae. Et secundum hoc Philosophus, in V "Ethic."⁴⁷, dicit quod "praeclearissima virtutum videtur esse iustitia, et neque est Hesperus neque Lucifer ita admirabilis".

Sed etiam si loquamur de iustitia particulari, praecellit inter alias virtutes morales, duplici ratione. Quarum prima potest sumi ex parte subiecti: quia scilicet est in nobiliori parte animae, idest in appetitu rationali, scilicet voluntate; aliis virtutibus moralibus existentibus in appetitu sensitivo, ad quem pertinent passionem, quae sunt materia aliarum virtutum moralium.—Secunda ratio sumitur ex parte obiecti. Nam aliae virtutes laudantur solum secundum bonum ipsius virtuosum. Iustitia autem laudatur secundum quod virtuosus ad alium bene se habet: et sic iustitia quodammodo est bonum alterius, ut dicitur in V "Ethic."⁴⁸ Et propter hoc Philosophus dicit, in I "Rhet."⁴⁹: "Necesse est maximas esse virtutes eas quae sunt aliis honestissimae: siquidem est virtus potentia benefactiva. Propter hoc fortes et iustos maxime

3. La virtud versa sobre lo "difícil" y "bueno", en frase de Aristóteles. Pero la fortaleza tiene por objeto, más que la justicia, las cosas difíciles, ya que arrostra "los peligros de muerte". Luego la fortaleza es más noble que la justicia.

Por otra parte, dice Cicerón: "En la justicia el esplendor de la virtud es máximo y por ella los hombres son llamados buenos".

Respuesta. Si hablamos de la justicia legal, es evidente que ésta es la más preclara entre todas las virtudes morales, en cuanto el bien común es preeminente sobre el bien singular de una persona. Y en tal concepto escribe Aristóteles que "la más preclara de las virtudes parece ser la justicia, y que no son tan admirables como ella ni el astro de la tarde ni el de la mañana".

Pero, aun refiriéndonos a la justicia particular, también ésta sobresale entre las otras virtudes morales por dos razones: la primera, por parte del sujeto, porque reside en la parte más noble del alma, en el apetito racional, o sea en la voluntad; en tanto que las otras virtudes morales radican en el apetito sensitivo, al cual pertenecen las pasiones, materia de las otras virtudes morales.—La segunda razón deriva del objeto, ya que las otras virtudes son alabadas solamente en atención al bien del hombre virtuoso en sí mismo, mientras que la justicia es alabada en la medida en que el virtuoso se conduce bien con respecto a otro; y así, la justicia es, en cierto modo, un bien de otro, como Aristóteles escribe. Y por esto dice: "Las virtudes más grandes son necesariamente aquellas que son más útiles a otros, puesto que la virtud es una potencia bienhechora, y por esto son hon-

⁴³ Infra q.123 a.12; q.141 a.8; 1-2 q.66 a.4; Sent. 3 d.35 q.1 a.3 q.1; 4 d.33 q.3 a.3; Ethic. 5 lect.2.

⁴⁴ C.4 n.13 (BK 1132b11): S.Th., lect.7.

⁴⁵ C.3 n.16 (BK 1124a1): S.Th., lect.8.

⁴⁶ C.3 n.10 (BK 1105a9): S.Th., lect.3.

⁴⁷ C.6 n.6 (BK 1115a24): S.Th., lect.14.

⁴⁸ C.1 n.15 (BK 1129b27): S.Th., lect.2.

⁴⁹ C.1 n.17 (BK 1130a3): S.Th., lect.2.

⁵⁰ C.9 n.6 (BK 1366b3).